

# CL. PTOLEMAEI

ALEXANDRINI, IOAN. DE MONTE REGIO, SPHAERA

rum caelestium ordines: Planetarum motuum diuersitates, eorumque me-

dios motus, Theoricam quoque totam Mercurij specu-

lando, disquirat, Liber IX.

*Sphaera caelestes quo ordine habenda sint ostendere.*

Propositio I.



**M**Aiores nostri uari-  
as de hoc habuere  
sententias. Hoc in  
uno tamen conue-  
niebant omnes, quod  
sphaera stellarum fi-  
xarum ceteris omni-  
bus Planetarum or-  
bitis sublimior esset. Sub qua sphae-  
ram Saturni, inde sphaeram Iouis, &  
sub hac sphaeram Martis concorditer  
ordinabant. Lunam item infimum depu-  
tabant locum, & quidem sapienter, si-  
ue quod solaris eclipsis perhibeat oc-  
cassio, siue quod diuersitatem aspe-  
ctus inter omnia astra cognitum mani-  
festiorem habeat. De reliquis autem  
tribus controuersia fuit. Vetusissimi  
enim sub Marte Solem, sub quo Vene-  
rem, & supra Lunam Mercurium ordi-  
nabant. Posterius uero, qui coniunctio-  
nibus Solis cum Venere & Mercurio  
oculos adiecere crebriores, dum Solis  
eclipsim Venere & Mercurij uenisse  
occasionibus nunquam sentirent, eos su-  
pra Solem locandos censebant. Alpe-  
tragnis autem, qui motuum diuersita-  
tes, atque eorum apparentes uelocita-  
tes incurtatione quadam accidere pu-  
tabat, sub Marte Venere, sub qua So-  
lem, deinde Mercurium statuebat. Mi-  
nus enim incurtat Venus a motu pri-  
mo quam Sol, ex parte quidem epicen-

cli. Mercurius autem plus quam Sol.  
Harum autem opinionum, ea quam anti-  
qui sectabantur, modernis accepta est.  
Nec mirum si a Venere & Mercurio  
Soli, sub quo sunt coniuncti Sol ipse  
non eclipsetur. Potest namque Soli alter  
eorum coniungi secundum zodiaci lon-  
gitudinem, sicut tamen quod linea recta  
Solis & oculi centra continuans, per  
centrum Planete non transeat, uelut  
in coniunctionibus luminarium saepe  
accidit, quare tunc radios Solis ad oculum  
uenire non prohibebunt. Praeterea  
cum eorum corpora Solis com-  
paratione admodum parua uideantur,  
ita quod antiqui Venere diametrum  
uisualem referente Albategni Solis sub  
decuplam ponebant. Et ob hoc super-  
ficiem eius uisibus nostris obiectam,  
quae ut plana est apud sensum, subcen-  
tuplam ad superficiem Solis esse oportet.  
Si posuerimus tria centra Solis  
Venere & oculi in una recta linea, in-  
sensibile erit, quod Venus ex super-  
ficie Solis uisui subtrahet. Amplius  
maxima Lunae a centro mundi distantia  
semidiametrum terrae 64. fere uicibus  
continet. Minima uero Solis a centro  
mundi distantia, eandem fere semidia-  
metrum 1070. uicibus aut amplius ha-  
bet. Fiet igitur ut distantia inter duo  
luminaria sibi quam uicinissime approxi-  
mata, semidiametrum terrae 1006. fere uicibus

O 4 -cibus